

BIBL. DE L'UNIVERSITÉ




THÈSES

ANCIENNES

DU

XVII^E SIÈCLE

2




LA VRIILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE).....Philosophie	9 août 1657	II 227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul- Philippe).Philosophie	8 sept. 1661	II 152 ,et II 152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)Philosophie	<u>3 nov.</u> 1662	II 153
LE BOUTHILLIER (François)...Théologie	<u>13 fév.</u> 1662	II 154 ,et II 154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)...Philosophie	8 juill. 1656	II 155
LE BRUN (Henri).....Philosophie	28 juill. 1659	II 156
LE CAMUS (André).....Philosophie	6 août 1660	II 157
LE CAMUS (Etienne).....Théologie	28 nov. 1656	II 158
LE CHAPÉLIER (Georges).....Théologie	18 févr. 1662	II 159
LE DOULX (Florent).....Théologie	<u>8 mai</u> 1656	II 160
LE FILLEUL (Claude).....Philosophie	10 août 1660	II 161
LE FRANC (Aegidius).....Philosophie	<u>5 septembre</u> 1660	II 162
LE GAIGNEULX (Jacques).....Théologie	7 janv. 1662	II 163
LE GOBIEN (Guillaume).....Théologie	2 oct. 1657	II 164
LE GRAS (Frère Bernard).....Théologie	12 févr. 1657	II 165
LE GRAS (Frère Bernard).....Théologie	29 nov. 1657	II 166
LE HOUX (Jean).....Philosophie	18 août 1658	II 167
LE MOYNE (Alphonse).....Théologie	17 avri. 1663	II 168
LE NORMAND (Fr. Guillaume)...Théologie	<u>10 jan.</u> 1662	II 169 ,et II 169bis.
LE PETIT (Nicolas).....Théologie	9 mai 1659	II 170
LE PICART (François).....Théologie	25 janv. 1652	II 171
LE ROUGE (Charles).....Théologie	13 avr. 1667	II 172
LE ROUX DE NEUVILLE (Pierre)Théologie	15 mai 1659	II 173
LE SAUVAGE (René).....Théologie	26 sept. 1657	II 174
LE TELLIER (François).....Philosophie	21 août 1661	II 175
LE VERRIER (René).....Théologie	26 juillet 1652	II 176
LELEU (Joannes-Baptista)...Théologie	<u>29 sept.</u> 1667	II 177
LEMPEREUR (F. Claude).....Théologie	<u>7 juin</u> 1669	II 178
LEMPEREUR (Henri).....Philosophie	10 juill. 1661	II 179
LENOIR (Pierre).....Philosophie	6 août 1662	II 180 ,et 180bis.
LECTAUD (Charles).....Théologie	23 mai 1664	II 181
LIONNE (Louis-Hugues de)...Philosophie	2 juill. 1662	II 182
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Philosophie	16 juill. 16..?	II 183
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Théologie	14 janv. 1664	II 184
LOTTEAUX (Louis).....Théologie	19 sept. 1669	II 185
LOUBERES (F. Prosper).....Théologie	5 août 1669	II 186
LOUVERSE (F. Pierre).....Philosophie	2 août 1665	II 187
LOYS (F. Jérôme).....Théologie	9 févr. 1662	II 188
MACQUEHE (Nicolas).....Philosophie	12 juill. 1670	II 189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)....Philosophie	10 août 1662	II 190

MAILLET (Pamphile).....Théologie	5 déc. 1661	II 191
MALETESTE (Jean).....Théologie	<u>11 avr.</u> 1663	II 192
MALITOURNE (Jacques).....Philosophie	10 août 1665	II 193
MALLET (Nicolas).....Théologie	15 oct. 1663	II 194
MARGUERY (Nicolas).....Philosophie	30 juill. 1651	II 195
MARILLAC (André de).....Philosophie	10 août 1659	II 196 ,et II 197
MARILLAC (René de).....Philosophie	3 août 1659	II 198
MARNE (F. Georges).....Philosophie	29 mai 1662	II 199
MAUGER (Laurent).....Philosophie	8 juill. 1663	II 200
MAURAGE (Pierre).....Théologie	3 sept. 1669	II 201
MELICQUE (Nicolas).....Philosophie	8 août 1660	II 202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de).Théologie	<u>8 août</u> 1660	II 203
MERAULT (Pierre).....Philosophie	7 juillet 1658	II 204
MEUR (Vincent).....Théologie	4 juin 1661	II 205
MICHAU (Jean).....Théologie	29 mars 1662	II 206 ,et II 206bis)
MICHON (Michel).....Philosophie	2 oct. 1662	II 207
MINGUET (F. Charles).....Philosophie	5 juillet 1652	II 208
MOLE (Louis).....Philosophie	28 août 1661	II 209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)..Philosophie	22 août 1660.	II 210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)....Théologie	4 janv. 1662	II 211
MOREL (Zacharie).....Philosophie	<u>16 août</u> 1671	II 212
MORIN (Henri).....Théologie	23 janv. 1660	II 213
MORROGH (Pierre).....Droit canon	<u>16 avr.</u> 1669	II 214
MOUSSEAUX (Pierre).....Théologie	17 mars 1668	II 215
NATTIN (Jean).....Théologie	<u>14 nov.</u> 1669	II 216
NOÛT (Anne).....Théologie	21 mai 1663	II 217
O MOLONY (Mathieu).....Droit canon	28 mai 1664	II 218 ,et II 218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)..Philosophie	26 août 1661	II 219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE- DU-MAINE (François)....Théologie	30 déc. 1655	II 220 ,et II 220bis.
PAPELANT (Jacques).....Droit canon	11 août 1661	II 221
PAUROT (Charles).....Philosophie	28 juill. 1660	II 222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar).....Théologie	28 juin 1657	II 223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de).Théologie	5 févr. 1656	II 226
PERIER (Antoine).....Théologie	9 sept. 1662	II 224
PERRIN (Guillaume).....Théologie	24 janv. 1651	II 225
PICQUES (Bernard).....Théologie	5 mai 1663	II 228
PICQUES (Louis).....Philosophie	1er juill. 1657	II 229
PIETRE (Paul-Claude).....Philosophie	14 sept. 1662	II 230
PIN (Jean).....Philosophie	29 juin 1665	II 231
PIOT (Jean).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 232
PISTEL (Laurent).....Philosophie	16 juill. 1662	II 233

POITEVIN (Armand).....Philosophie	25 juill. 1648	II 234
PONCET (Michel).....Philosophie	11 juill. 1660	II 235
POREY DU PARCQ (René).....Philosophie	28 juill. 1661	II 236
POTIER (Jean).....Théologie	22 févr. 1662	II 237
POULIN (François).....Philosophie	15 juill. 1663	II 238
PURCELL (John).....Philosophie	4 juin 1666	II 239 ,et II 239a,b,c,et d.
REGNARD (Jean).....Philosophie	8 juill. 1662	II 240
REGNAUD (Julien).....Philosophie	...juin 1658	II 241
REGNAUD (Julien).....Théologie	10 nov. 1661	II 242
REGNAUD (Julien).....Théologie	<u>30 août</u> 1664	II 243
RESTAURAND (F. André).....Théologie	<u>11 oct.</u> 1655	II 244
ROBERT (Jean).....Droit canon	<u>30 déc.</u> 1665	II 245
ROSTIN (Michel de).....Théologie	28 févr. 1656	II 246
ROSTIN (Michel de).....Théologie	1er fév. 1661	II 247 ,et II 247bis.
ROUSSEAU (Jean).....Philosophie	7 juill. 1668	II 248
ROYNETTE (Simon).....Théologie	18 avr. 1662	II 249
SANTEUL (Pierre de).....Théologie	12 juill. 1661	II 250 ,et II 250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)...Philosophie	29 juin 1662	II 251 ,et II 251bis.
SAUSSOY (Jean).....Théologie	9 nov. 1646	II 252
SAVIGNAC (Louis de).....Théologie	<u>4 janv.</u> 1670	II 253
SELLIER (Claude).....Théologie	<u>13 févr.</u> 1662	II 254
SENAUX (Bertrand de).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 255
SEVERT (Antoine-François)..Théologie	20 mars 1668	II 256
SEVIN (Michel).....Théologie	8 févr. 1668	II 257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)Théologie	17 jan. 1654	II 258 ,et II 258bis.
SIMENEL (Pierre).....Théologie	1er fév. 1662	II 259 ,et II 259bis, ter et quater.
STAPLETON (Edmond).....Philosophie	24 juin 1668	II 260
SUZE (Anne-Tristan de).....Philosophie	25 juill. 16..	II 261
TAMPONNET (Antoine).....Théologie	11 févr. 1664	II 262 ,et II 262bis.
TANOAIN (Julien de).....Théologie	<u>8 févr.</u> 1661	II 263
TERRAT (Gaston-Jean-Baptiste)Philosophie	27 juill. 1661	II 264
VAILLANT (Antoine).....Philosophie	5 août 1657	II 265
VALEELLE (Louis-Alphonse de)Théologie	7 nov. 1664	II 266
VANIER (Claude).....Philosophie	?.....	II 267
VERDUN (Claude).....Philosophie	10 août 1659	II 268
VIC (Médéric de).....Théologie	<u>31 déc.</u> 1664	II 269
VREVIN (Antoine de).....Théologie	20 avr. 1657	II 270

--000000--





COMITI DE HARCOVRT. BRIOSNE. ARMAGNAC.
MARSAN, &c. PARI, SVPREMOQVE FRANCIAE HIPPARCHO, VTRIVSQUE
ALSACIAE PROREGI, ET CIVITATVM IMPERIALIVM EIVSDEM PROVINCLAE MAIORI PRÆFECTO.

244



EROIS auspicium querebat Theologia nostra (Serenissime Princeps) dum te suum salutavit Atlantem, quem Gallia nominavit jure merito Martem; tot enim in te vidit facinora quot gesta, teque maiorem homine reputat, quem maiora humanis viribus præstitisse miratur. Divis reverentiam, & miraculis fidem asruere docuisti inimicam gentem Hercules, cum non uno miraculo geminam Divorum Honorati, & Margarete Insulam Christiano ferro vindicasti, & sicut ingenti lucro per te propagata Sabaudia fateretur amisisse libertatem que te liberatorem invenit, sic in Casalis bis liberata, & Montisferrati debellati triumpho detumuit Hispanorum superbia, qui te Taurinorum civitatem Augustam, & fortem Coniacum obsidentem timuerunt, gloriosè vincentem mirati sunt. Horum emulus orbis miratus est, solum innotantis HARCVRII brachium exiguo exercitu tot adversarias legiones in Picardia repulisse, prostrasse. Mirata est Europa Catalauniae, & Neustriae fidem, istam domestico, illam peregrino tumultu tentatam Regi Christianissimo per te conservatam fuisse. Mirata est Aquitaniam, vicinaeque Provincias plebeio motu purgatas esse, in quibus regnavit LVDOVICVS, quia in illis pugnavit HARCVRIVS, qui armis extinctum Burdegale rumorem, prudentia & fortitudine turbantem Brisacum firmandum cogitavit, & DVX ipse fidelissimus milites eruditus ad fidem. Quidni igitur tam forti sulca Theologia Heroe pugnare gestiat? (Classicum victorie est HARCVRII præsentia, vincit & vinci non potest, qui pugnat coram victorie genio, nec tela hostilia meruit in acie, qui amicam securitatem invenit in HARCVRIO. Faue igitur (Inuictissime Princeps) & pugnamus, Faue Serenae Victor, & vincimus, Faue Auguste Triumphator, & triumphamus.

CELSITVDINI TVÆ

Additissimus servus F. ANDREAS RESTAVRAND Arelatensis Augustinianus.

QVÆSTIO THEOLOGICA.

Quinam laudationem Domini loquuntur? Psal. 44.

NON infideles veritatem in malitia detinentes, sed illi qui Christiano charactere peruncti existentiam Dei summa veneratione continentur, quam non à priori sed à posteriori cognoscere valet humana & discursiva facultas, quantumvis sit immensa, aeterna, & infinita hæc suprema divinitas. Tanta apparet inter essentiam Dei eiusque existentiam simplicitas ut ab omni compositionis ac distinctionis genere abhorreat præterquam rationis: talem distinctionem inter attributa divina reperio quæ non fundatur nisi in diversis conceptibus quos de illis intellectus humanus efformat. Ideo talis admittitur rationis distinctio quia & limitata est intellectus potentia energia, eiusque obiectum simplicissimum est.

CVM hac distinctione non potest vnum de alio prædicari attributum, neque essentia de sua existentia, nisi hæc omnia simul in sensu identico apprehendantur, & proinde nulla distinctio realis siue maior, siue minor seu modalis ex parte simplicissimi obiecti, nequidem formalis scilicet reperitur. Se se effert quantum voluerit humana mentis acies, non tamen eousque perveniet ut naturali conatu possit probare visionis beatificæ existentiam, totius enim naturæ creatæ oculis absconditam lucem, ac inaccessibilem inhabitat. Quinam ergo stare poterunt in loco sancto eius ad eum videndum? qui fuerint immaculati in via, nec proinde peccatori desperandum est, mundet cordis maculas, tergat mentis fordes & ab illo videbitur Deus Deorum in Sion.

NON sicut à Paulo Moyse cæterisque Prophetis dum in terris agerent in specie & in ænigmate, sed intuitu & facie ad faciem. Beati nunc Deum videntes nulla indigent specie intelligibili quæ suppleat vices aliquas ex parte obiecti divini, quam communiter impressam appellant aliqui. Non tantum possibilis, verum & actu admittenda est in tali casu species expressa. Ad hanc visionem eliciendam solus hominis aut Angeli intellectus potest assurgere modo sit elevatus à lumine gloriæ, quod est qualitas supernaturalis elevans intellectum eumque constituens in esse supernaturali cum ipso formaliter, & adæquate concurrens. Huius gloriosi luminis splendor non dirigitur ad oculos corporeos, qui nec divinitus etiam post resurrectionem Deum videre poterunt.

QVAM inutilem in visione beatificæ speciem impressam admisi, hanc possibilem esse sustineo. Nulli creaturæ quantumvis intelligenti manenti tamen intra naturæ limites, connaturale esse potest gloriæ lumen aut ab ea produci, cuius concursus mirabilem supplet valet sapientia omnipotentis sese adiungens aut Angelicis mentibus aut humanis, nec promissio facta Moyse à Deo de ostendendo ei omni bono, nec raptus doctoris gentium, nec cætera eiusmodi evincere possunt aliquos in hac vita mortali, Dei visione intuitiva & intima potitos fuisse, nemo enim videbit Deum & viuet. tamen à beatissimè verè, & sicut est in se videatur Deus, ab illis tamen comprehendere minimè potest qui solus seipsum aeternam, & fecundissimam cognitione comprehendit.

SIMPLICITAS essentia divina, eiusque indivisibilis identitas certo, & evidenter demonstrant hanc non posse videri intuitu sine personis, & sine attributis illam formaliter, & intrinsecè constituentibus. non omnes beati in cælo existentes æqualiter Deum vident, sed unus perfectiori modo quam alter, unde visio Christi Domini omnium beatissimi perfectior est, & nobilior quam illa Castissimæ Mariæ Virginis & aliorum. Probabilissimum est secundum principia theologia, hanc visionis beatæ inæqualitatem desumi, & derivari ex maiori vel minori intensione luminis gloriæ; ex qua tamen opinione non licet inferre omnes beatos non esse absolute satiatis, siquidem illo fruuntur, qui est suavis Dominus vniuersis.

VNIVERSIS inquam, suisque Dominus, & præcipuè prædestinatis, quos ante mundi constitutionem sola sub gratuita misericordia eligere dignatus est ut essent sancti, & immaculati in suæ maiestatis adorandæ conspectu. Nec est cur aliqui asserere velint, ideò quosdam, & non alios à massa perditionis vniuersæ ereptos fuisse, seu quod idem est ab omnipotente prædestinatos fuisse ad vitam æternam eo quod prævisæ fuerint bonæ operationes illorum quas facturi erant in tempore, nobiliori sanè principio tribuenda est incomprehensibilis illa electio, nempe voluntati divina. Nullus hominum præsumat asserere se esse in numero prædestinatorum, etiam si credere teneatur Christum esse pro omnibus mortuorum, sciatque Deum velle omnes homines salvos fieri.

QVIA tamen ex sensu sancti P. Augustini humilitas, charitas, patientia, & cætera eiusmodi censentur esse sanctæ prædestinationis signa, hinc licet inferre dari quandam de tanto mysterio cognitionem, moralem tamen, non physicam. Vocatio efficax, iustificatio à peccato mortali, quælibet gratia, eiusque augmentum denique perseverantia usque in finem sunt per se effectus prædestinationis, bona vero corporis, animi, & fortunæ non sunt effectus nisi per accidens, sicut peccati permissio. Quia in prædestinatione relucet quædam divinae providentiæ pars, & cum ad illam rectè pertineat non solum quosdam in vitam æternam ordinare, sed etiam alios ab isto fine deficere, hinc evinci potest Deum aliquos prædestinare ut dictum est, alios autem verè in massa relinquere.

SVFFICIENTER ex supra dictis probatur in Deo voluntatem esse qua seipsum vult ut ultimum finem, cætera vero vniuersæ naturæ entia ut ad finem ordinata. Tantæ nobilitatis, & dignitatis est essentia divina ut hanc necessario velit & absolute, cætera verò creata licet optima, non velit nisi cum suppositione. Deus est qui per fecundissimum intellectum, & efficacissimam voluntatem cuncta producit, & nobiscum physica prædeterminatione cõcurrit, cuius voluntatis causam & principium inquirere temerarium est, non minus quam asserere divinam voluntatem rebus omnibus necessitatem imponere: etenim admirabili æconomia se se nobis accommodat in omnibus, ita ut cum liberis libere, cum contingentibus contingenter, ac cum cæteris modo cuique convenienti concurret.

ANGELI quorum existentiam fides docet, fuere creati in naturali beatitudine non in supernaturali, non potuerunt actu in Deum conuertere sine efficaci auxilio gratia in qua fuisse creatos probabile videtur. Tantæ dulcedinis vinculo ligati sunt intellectus Angelorum, & hominum beatorum cum essentia divina, ut nec possint nec velint agere aliquid, quod sit contrarium ipsi bonitati supremæ, atque ea propter ex ipsorum beatitudine oritur ut peccare non possint. Eminent tamen voluntariæ sed non meritoria libertatis arbitrio fruuntur, per quod summa delectatione & sine intermissione sublimia, cœlestia, divinaque meditantur *laudationem Domini loquuntur.*

Has Theſes, Deo, Deiparaeque fauentibus, & Præſide Illuſtriſſi. Eccleſ. Principe BERNARDO DE MARMIEſſE Conſeruantium Epifcopo, Regi Chriſtianiffimo à Secretariis Conſilij, totius Cleri Gallicani Agente Generali, necnon Almæ Facultatis Pariſienſis Doctore Sorbonico, defendere conabitur Fr. ANDREAS RESTAVRAND Arelatensis Auguſtinianus, die 11^{ta} menſis Octobris anni Domini 1655. à 1^{ra} ad Voſſuæ

IN SCHOLIS SANCTI AVGVSTINI.

PRO TENTATIVA.